



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum ira possit esse leuius peccatum odio, & iniudia, & huiusmodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Utrum ira sit leuius peccatum odio, & inuidia, & alijs huiusmodi.

QVARTO queritur, utrum ira sit leuius peccatum odio & inuidia, & alijs huiusmodi. dicitur quod non: quia ut Aug. dicit in Enchi. Maius dicitur quia nocet. ergo quanto aliquod peccatum maius nocentum infert, tanto grauius est. sed maius nocentum infert homini, quam inuidia. Dicit enim Hugo de sancto Viſt. in lib. de Septem narijs, quod superbia aufert homini Deum, inuidia proximum, ira seipsum. ergo inuidia non est grauius peccatum, quam ira.

¶ 2 Præ. Effectus assimilatur suæ causæ: sed effectus inuidiæ est ira ut Hugo dicit in eodem libro. Ergo ira non est minus peccatum quam inuidia.

¶ 3 Item, videtur quod non sit minus peccatum quod odium, quia grauius peccatorum attenditur secundum effectum: sed idem est effectus odij & iræ. Ergo inferre nocentum proximo. ergo odium non est grauius peccatum quam ira.

¶ 4 Item, Videtur quod sit grauius peccatum concupiscentia carnis, quia secundum Phil. in 3. pic. si summū huius præminet summo illius, præminet illi: sed summum peccatum in genere iræ, scilicet homicidium, præminet in grauius cuiusque peccato in genere concupiscentiæ. ergo ira est simpliciter grauius peccatum, quam concupiscentia carnis.

¶ 5 Præ. Quanto aliquod peccatum est grauius, tanto iorem penitentiam inducit: sed penitentia magis adiuncta iræ quam concupiscentiæ carnis quæ in Phil. dicit in 7. Ethic. Qui irascitur, cum trahitur peccat, concupiscens autem sine tristitia. ergo ira grauius peccatum quam concupiscentia.

¶ 6 Præ. Ezech. 16. dicitur, Sicut mater, in filiis sed blasphemia quæ est filia iræ, secundum Gregorium est grauius peccatum. ergo ira est grauius peccatum omnibus alijs vitijs.

SEB CONTRA est, quod Aug. in regula contra iram festuca: odium vero trabis.

RESPON. Dicendum, quod ibi querenda est ratio, ubi aliqua conuenientia inuenitur, peccatum conuenit cum tribus peccatis, in obiecto. Est obiectum iræ, sicut dictum est, malum aliquod in dicitur sub ratione cuiusdam boni. Ex parte ergo malum conuenit cum odio, quod appetit malum abiectione inuidia, quod dolet de bono. Ex parte vero considerati conuenit cum concupiscentia, quod est ordinari appetit boni: sed absolute loquendo deficit in grauitate a tribus prædictis vitijs. Nam querit malum proximi sub ratione mali, & inuenitur trariatur bono proximi sub ratione boni: ira autem querit malum proximi, nec impedit bonum cui sub ratione boni, quod est iustum vindicatum. Illud quod facit odium, & inuidia per se intendit ad malum vel ad impedimentum boni: hoc facit per se intendens ad bonum per accidens autem malum. Semper autem id, quod est per se ponit eo quod est per accidens: & ideo inuidia & odium excedunt in malitia peccatum iræ. Similiter peccatum concupiscentiæ est ex hoc, quod tendit in malum quod est delectabile secundum sensum: ira autem tendit in malum quod est inordinatum in bonum quod est apprensus iustum. Similiter est secundum rationem, & ideo cum bonum non sit melius quam bonum sensus, motus iræ accedit ad virtutem, quam motus concupiscentiæ

vero sibi soli iudicij & vindictam reseruaui, secundum illud 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Sibi etiam soli reseruaui Deus, ut propter seipsum vindicaretur. homo enim non debet vindicari propter seipsum: sed propter culpam in seipso commissam, quæ est Dei offensa. Quando ergo aliquis querit vindictam propter seipsum, vel præter ordinem iudiciariæ potestatis: usurpat sibi quod Dei est, & ideo peccat mortaliter, nisi sit actus imperfectus, ut dictum est.

AD SEXTVM dicendum, quod clementum scelerum potest fieri non solum per additionem sceleris ad scelus, sed et per occasionem. & hoc modo ira quæ est peccatum veniale, potest facere clementum scelerum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod intellectus vel ratio potest aliquid dupliciter corrumpere. Vno modo, per se & directe per quandam contrarietatem: & sic solum peccatum mortale corrumpit iudicij rationis. Alio modo, indirecte, & per accidens, in quantum impeditur versus rationis per quandam corporalem commutationem. & hoc modo est ira quæ est peccatum veniale, potest impedire usum rationis: non tamen proprie dicitur ex cæcare, nisi quando rationem ducit in consensum peccati.

AD OCTAVVM dicendum, quod ratio dirigit omnia ex fine. Illud ergo directe contrariatur rationi, quod excludit debitum finem, & non fit nisi per peccatum mortale. Si autem sit inordinatio circa ea, quæ sunt ad finem, non excludit finem, non est proprie contra rationem: sed præter eam, & est peccatum veniale.

AD NONVM dicendum, quod ira est contra naturam hominis, qui est animal rationale in quantum contrariatur rationi, & hoc conuenit soli iræ, quæ est peccatum mortale.

AD X. dicendum, quod charitas vult proximo bonum sub ratione boni, & ideo proprie charitati contrariatur odium. Ira autem appetit malum proximi non in quantum malum, sed sub ratione iusti vindicatum, ut dictum est. & ideo ex parte obiecti, quod non est vere iustum, sed apparens, contrariatur iustitiam. Ex parte vero passionis contrariatur mansuetudini, quæ tenet modum in ira.

AD XI. dicendum, quod auctoritas illa est intelligenda de perfecto motu iræ per uitium.

AD PRIMUM vero quod in contrarium obijciatur dicendum, quod glossa illa loquitur de ira, quæ est in sola sensualitate, quæ dicitur ad effectum perducere, non solum in exteriori opere: sed etiam per interioris consensum, qui apud Deum pro facto reputatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de ira per zelum, quæ est imperfecta ex parte obiecti.

AD TERTIVM dicendum, quod pius animus irascitur ira per zelum, quæ est virtuosa, ut supra dictum est.

AD QVARTVM dicendum, quod inter vindictam iustam & iniustam nihil est medium. & ideo nec inter iram virtuosam, & iram quæ est peccatum mortale, nisi forte ira imperfecta, quæ est venialis.

AD QVINTVM dicendum, quod Eliseus non maledixit pueris ex ira vitiosa, quasi propter liuorem vindictæ: sed ex zelo diuinæ iustitiæ.

AD SEXTVM dicendum, quod Apost. permittit motum iræ imperfectæ, quæ in sola sensualitate consistit.

AD SEPTIMUM dicendum, quod si illa concupiscentia est perfecta eius, quod ex genere suo est peccatum mortale, ipsa etiam est peccatum mortale: si tamen sit imperfecta, est peccatum veniale, sicut & de ira dictum est.

AD OCTAVVM dicendum, quod ira non perfecte audit rationem dissuadentem: audit tamen quandoque perfecte rationem consentientem.

In corp. ar.

Ar. præced.

Art. i. huius quæst.

In corp. ar.

& ideo simpliciter loquedo est minus peccatu. unde Philo. dicit in 7. Ethic. q. incontinens concupiscetia est turpior. q. incontinens ira. & hanc quide coparatio attenditur fm ipsa genera peccatorum. Ni hil enim prohibet secundum aliquas superuenientes circumstantias, iram esse alius grauiorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. inuidia auferit hoi proximum per quandam cotrarietate ad ipsum: sic autem ira no auferit hoi seipsum, sed indirecte, inquantu per corporalē cōmotionē irā impedit usū rōnis, per quam homo non est compos sui ipsius.

AD SECVNDVM dicēdū, q. ira fm Phil. ex tristitia causatur & ira cū inuidia sit quādam tristitia, contingit ex inuidia irā causari. Non tñ oportet, q. ira sit æqualis inuidiæ, quia nō semp effectus adæquatur suæ causæ, quāuis aliquā similitudinē eius habeat.

AD TERTIVM dicēdū, q. ira & odiū, diuersimode pcedūt. ad inferēdū nocumētum proximo, & hanc quide diuersitas potest attendi fm plura, ut Philof. dicit in 2. R. heto. Primo quidem, quia ira non interēdit nocumētum, nisi sub rōne iusti uindictatiui, unde non querit nocere nisi illis qui nos læserūt, uel aliquos ad nos ptinētes, vt fiat quadam retributio: sed odium potest esse ad quocumq; extraneos, qui vi hil vnquam nos læserunt: pp hoc q. eorum dispositio contrariatur nostro affectui. Secundo, quia ira est semp ad aliquas singulares psonas, quia causat exaliquibus iniurijs actibus, actus autem sunt singularium; odium autem potest esse ad aliquod cōcō: sicut homo habet odio totum latronum genus.

Tertio, quia iratus non querit nocumētum proximi, nisi vsq; ad illā mensuram quæ requiritur, fm q. ei vt vindicta iustitia, quo quide adepto quicrat irā: sed odium de quocumque malo nō saturatur, querit enim malum proximi fm se. Quarto, quia iratus hoc appetit, ut ille cui nocumētum inferit, hoc sentiat, q. propter iniuriam illatam hoc malum sibi euenit: odians autem non curat qualitercumq; immerito malum veniat. Ex quibus etiam patet, q. odium est grauius peccatum quā ira.

AD QVARTVM dicēdū, q. ratio illa procederet si homicidium esset species iræ: nō est autē species iræ, sed effectus. Contingit autem quod ex minori malo consequitur quandoque maius malum.

AD QVINTVM dicendum, quod concupiscentia magis est poenitibilis quā etiam ira, eo quod ira plus habet de ratione. Tristitia autem quæ coniungitur iræ, non pertinet ad poenitentiam, quia non est de actu iræ: sed de causa prouocante ad iram, sicut licet de iniuria illata non sit poenitentia, tamen de peccato.

AD SEXTVM dicendum, q. quia malum nihil causat, nisi virtute boni, in processu peccatorum proceditur ab eo, quod habet magis speciem boni, & ideo plerumque ex minoribus peccatis homo pducitur in maiora. Vnde non oportet, quod ira sit etante quantitas, sicut blasphemia.

ARTICVLVS V. De vitio capitali. QVINTO queritur, vtrum ira sit vitium capitale. Et videtur q. non. Capitis enim non est caput, sed ira habet aliud caput, causat. n. ex tristitia, vt etiam Philof. dicit. ergo ira nō est vitium capitale.

2. Præ. Oē vitium capitale est speciale peccatum: sed ira vt esse generale. q. nō cotrariatur uni soli virtuti, sed pluribus. Contrariatur. n. & charitati & iustitiæ & mansuetudini, ergo ira nō est vitium capitale.

3. Præ. Aliis vitij capitalibus quædam alia vitia opponuntur, sicut superbiæ pusillanimitas, accidiæ vana lætitiæ: sed ira non opponitur aliud vitium. ergo non est vitium capitale.

ponuntur, sicut superbiæ pusillanimitas, accidiæ vana lætitiæ: sed ira non opponitur aliud vitium. ergo non est vitium capitale.

SED CONTRA est, q. Prouerb. 29. super illud, Vir iracundus puocat rixas: dicit gl. Ianua oium vitiorū est iracūdia, qua clausa, virtutibus intrinsecus debetur quies: apra, ad oē facinus armabitur animus.

RESPON. Dicēdum, q. sicut supra dictum est, vitium capitale est, ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem causæ finalis. Contingit autem vt in pluribus, ad finem iracundiæ. i. ad vindictam sumendam multa inordinate fieri, quæ quide inordinate facta sunt quædam peccata. & ideo ira est vitium capitale, & ponit Græg. 31. Moralium sex filias eius, quæ sunt

rixa, tumor mentis, cōtumeliæ, clamor, indignatio, blasphemia. & huius rō est, q. ira potest cōsiderari tripliciter: vno modo, secundum q. est in corde alio modo fm q. est in ore: tertio modo, secundum q. procedit vsq; ad opus. Secundum autem q. est in corde, vnum quidem vitium oritur ex parte suæ causæ, quæ est iniuria illata. nō enim nocumētum illarum prouocat ad iram, nisi in quantum consideratur sub ratione iniusti: sic enim ei debetur vindicta. Quāto autē aliqua persona est vilior, vel magis obnoxia alteri, tanto iniustius est q. ei nocumētum inferat, & ideo iratus cōsiderans nocumētum sibi illatum, magnificat in animo suo iniustitiam, & ex hoc procedit ad vindicandum indignitatem psonæ inferentis nocumētum, & hanc est proprie indignatio. Aliud autē vitium causatur ex ira in corde existente ex parte eius, quod iratus appetit. excogitat enim iratus diuersas vias, & modos per quos possit se vindicare, & talibus cogitationibus quodāmodo inflatur animus eius, secundum illud Iob 15. Nūqd sapiēs implebit ardore stomachum suum? & sic ex ira oritur tumor mentis. Procedit et ira in locutione: & cōtra Deum, q. pmitte iniuriā inferri, & sic ex ira causatur blasphemia: & cōtra proximum q. inferit, & sic sunt duo gradus iræ, q. taguntur Matt. 5. Quorum vnus est cū aliq. prorūpit in verba inordinata sine expressione specialis iniuriæ, vt q. dixerit fratri suo racha, quæ est interiectio irascentis, & sic ex ira oritur clamor. i. inordinata & confusa locutio indicās motum iræ. Alius gradus iræ est, cum aliq. prorūpit vsq; ad verba iniuriosa: sicut cum qs dixerit fratri suo fatue, ad quod pertinet cōtumelia. Secundum autē q. ira, pcedit in actum, sic causantur rixæ, in quibus includuntur omnia consequentia: sicut vulnerationes, homicidia, & huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. tristitia ex qua oritur, non est solum illa tristitia, quæ est vitium capitale. vnde nō continetur sub aliquo capitali vitio.

AD SECVNDVM dicēdū, q. ira est speciale vitium: opponitur tamen diuersis virtutibus secundum diuersas rōnes. Nā quātum ad ipsam inordinationem passionis opponitur mansuetudini: quātum autem ad nocumētum quod inrentat inferre, opponitur charitati: quantum autem ad rationem apparentis iustitiæ, opponitur veræ iustitiæ: magis tamen opponitur mansuetudini quæ est moderatiua ira.

AD TERTIVM dicēdū, q. etiā ira cotrariatur aliquo vitio, quod est inordinata remissio ire, de quo Chrylost. dicit super illud Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, patientia irrationalis vitia seminat, negligentiam nutrit, & nō solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Quia tamen illud vitium est inordinatum, iracundiæ non vt opponi aliud vitium.

